

## **Symma Juris Canonici**

Comprehensa Tribus Partibus In Qua Distincte Et Succincte Explicantur,  
quae ad personas, negotia, & iudicia Ecclesiastica ex Canonum præscripto,  
pertinent

Sive Commentarius In Regulas Juris Pontificii, Quæ In Libro Quinto, Et  
Sexto Decretalium Continentur

**Strein, Johann**

**Coloniæ Agrippinæ, 1659**

Regula LXXX. In toto partem non est dubium contineri.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61853](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-61853)

## REGVLA LXXX.

*In toto partem non est dubium contineri.*

I. **H**uc pertinent, quæ superius ad Reg. 35. Plus semper in se continet quid est minus. diximus, ex abundantia tamen cum Dyno, & Peckio exemplis illustrari potest. Primi quod totum numerale attinet, si me viginti interrogant tu decem respondes, pro his decem obligatio contracta est, quia in 20. manifestum est includi 10, velut partem in toto. Secundū. Quoad totum integrale. Nemo sanæ mentis dubitabis, si totius domus possessor sum, fundamentum, tectum, & parietes ad me pertinere. Tertiū. Quod totum universale, species seu partes suas secundū dialecticos potentia continent, nec peritideò, si aliquæ tollantur actu, cùm nihilominus in potentia generis maneant. Sic in collegio etiam, & universitate usu venit.

I. *Sicut. ff. Quod cuiusque universitatis nomine.* Quarto in moralibus idem fit. Nam qui habet jus in toto, v.g. agro in qualibet illius parte habet. Similiter eodem jure utuntur omnes Reip. vel civitatis partes: ut si ex centum pagis velut apud Heluleios olim, una communitas constituantur. Idem in ordinibus Regularium, in societatibus, exercitu, & similibus servatur.

In partem negativam quoque prohibitus à toto, censetur à qualibet illius parte prohibitus: exclusus à testamento non habet jus ullius partis. Cui non

licet alienare rem, quamlibet alienationis speciem sibi vetitam esse meminere.

II. *Obiiciuntur aliqua in speciem dubia, quæ tamen facile diluantur.* Nam quod Vlpianus dicit l. Si quis. ff. de except. rei iud. eum, qui insulam (domum uniusque liberam) petuit, & succubuit, si postmodum camenta, aut tignum aliquod petierit ex ea, exceptione rei judicatae removeri non posse, manetiam causam habet, quia camenta, & tigna quædam non sunt pars domus, sed absque detimento totius separari possunt.

Quod vero in Reg. sequ. dicitur, In generali concessione non veniunt ea, quæ non esset verisimiliter in specie concessum, non obstat huic declarationi, quia speciali ratione nititur, ut ibidem explicabimus. Anton. Gomez. l. 2. c. 9. n. 4. Alphon. Collect. 82. Menoch. de arbitrarius casu 47. n. 6. Cardin. Tuschus in lit. T. Conclusio per tot. ubi limitat, si totum confluens in partes diversas est distinctum, & divisum: quia tunc unaque pars per se stat: seu, quando sunt indivisa, ut copiosè per sequitur Barbosa in Axio. mate 215.

RE